

P R Æ S E S  
ADMODUM REVERENDO AC DOCTISSIMO  
DOMINO LICENTIANDO.

**S**i ARISTOTELE (a) teste scire est, *cognoscere, causam, propter quam res est, eandem esse rei causam, nec posse eam aliter se habere*, summo cum fundamento Te multum & multa scire, asserere possum. Demonstrat hoc nitida Tua & solida Dissertatio, demonstrant subjuncta Corollaria, demonstrat scribendi novior methodus; quæ omnia Te Philosophum subtilem, Jurisperitum gravem, Theologum tam naturalem quam positivum esse abunde docent. Superfedeo ergo ulteriori laudis Tuæ expositioni, & hoc unicum dico, quod rerum essentiam & naturam rimando tantam acquisieris scientiam, ut Tibi de hac obtenta, moxque obtinenda illius Laurea animitus aggratulari, certamque Tibi spem excitare possim, **CELISSIMUM NOSTRUM SCIENTIARUM MOECENATEM** hunc Tuum laborem, hæcce Tua studia pro meritis esse remuneraturum; quod dum sincero cordis affectu exopto, simul etiam declaro, me Tibi semper specialis amicitiae nexu fore obstrictum. Vale.

Dabam in Musæo 12ma Decembris 1768.

(a) Poster. Analyt. Lib. I, Cap. III. n. 4.